



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 1. Coddeus Sebastenus Archipræsul & Vicarius Apostolicus in Hollandia  
de Jansenii favore accusatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)



Aethiopice Rex unacum populo Rom. Ecclesie reconciliatus.

*Flauber sc. A.D.*

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ. **LIBER CCXIII.**

INNOCENT. XII. PONTIF. MAXIM.  
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

## §. I.

Coddeus Sebastenus Archipræsul &  
Vicarius Apostolicus in Hollandia  
de Jansenii favore accusatus.

Sæc. XVII.  
A. C. 1702.

Postquam Joannes Neercasselius Ca-  
storiensis Episcopus, qui per foede-  
ratum Belgium Vicarii Apostolici mu-  
Hist. Eccles. Tom. LXVII. A

Argentre  
Coll. jud.  
tom. p. 413.  
nere Causa  
p. 113.

Sæc. XVII. nere fungebatur, anno prioris sæculi  
A. C. 1702 octogesimo sexto e vivis excesserat, ei-  
dem in Vicariatu Apostolico per unitas  
Batavorum Provincias Petrus Cod-  
deus Oratorii Berulliani Presbyter Se-  
bastenus Archiepiscopus sub finem an-  
ni octogesimi octavi suffectus est, non  
sine maximo Jansenistarum jubilo, &  
Catholicorum mærore: Hic enim Ar-  
chipræfus Jansenii doctrinæ addictus cre-  
debatur, eoquod pridie quam initiare-  
tur, a Davia Bruxellensi Internuntio  
sollicitatus, ut pure & simpliciter Ale-  
xandri VII. formulæ subscriberet, re-  
sponderit, se jam olim hanc formulam  
quoad quæstionem juris signasse: Præ-  
terea Coddeus Jansenii Discipulos, hu-  
jusque factionis Principes singulari  
amicitia honorabat, ac Quesnelli alio-  
rumque libros Jansenianæ hæresis ve-  
neno conspersos sibique submissos solli-  
cite per Hollandiam disseminabat, qui-  
nimo aperte novellas eorum opiniones  
propagare omni ope nitebatur, ac Ques-  
nellum, Gerberonium, Bontium, alias-  
que inquietos Batavicæ vineæ pertur-  
batores benevolentia, ac beneficiis cu-  
mulabat: Sub tali Pastore aut potius  
lupo oves Christi in medio hæretico-  
rum degentes pene dispergebantur:  
Sacerdotum non pauci aut ventri ser-  
vientes, aut Jansenii erroribus infecti

ad-

administrabant Sacra menta, & Eccle- Sæc. XVII.  
siæ preces recitabant linqua vernacula, A. C. 1702.  
necnon catechismis Romæ proscriptis  
utentes, pueritiam suspectæ doctrinæ  
præceptis imbuebant, aut verius in-  
fiebant: Jam ante quinquennium Ar-  
chiepiscopus Ancyranus Mogolanæ  
Missionis Vicarius Apostolicus, ut iter  
suum in Persidem expeditius redderet,  
apud Fœderati Belgii Ordines aliquam-  
dij moratus, deplorandum Batavicæ  
Missionis statum edocebat; quo circa  
datis die vigesima sexta Novembris li-  
teris summi Pontificis opem enixe im-  
plorabat: Huiç feso junxerant quam-  
plurimi puræ Religionis pacisque a-  
mantes Catholicæ, pluresque alii ut-  
riusque Cleri spectabiles Viri, necnon  
ipsi Cæsaris Regumque Oratores, qui  
Hagæ Comitum agentes, suis ad Pa-  
pam literis periculosas hujus Missionis  
turbas, atque invalescentem Jansenii  
sectam ob oculos eidem ponebant: Igi-  
tur Innocentius XII. Vaucelium, qui  
Romæ Jansenistarum caussam agebat,  
accersivit, eique communes Catholicorum  
querelas exposuit. Hic vero cun-  
ctas hasce accusationes præfracte reje-  
cerat in æmolorum invidiam, ac ca-  
lumnias adversantium, qui sub vaga  
Jansenismi vel rigorismi nota proborum  
famam lacestere assueti essent. Nihilo-

A 2

minus

**Sæc. XVII.** minus Pontifex hujus Ecclesiæ periculum a plurimis fide dignis plene edocet, ne hæc Petri navicula fluctibus operiretur, hos nulla mora componere statuit, hancque in rem quatuor Cardinales ex Congregatione S. Officii, & totidem ex illa de Propaganda fide (\*) præter alios duos nominabat, qui hanc caussam sedulo discuterent.

His Vaucellius Sebasteni Procurator adhuc alios duos Cardinales adiungi petiit, quod etiam ejus precibus datum est: interim vero idem Procurator Quesnello suggererat, qua via in Sebasteni Archiepiscopi favorem a quodam potentissimi Principis Oratore litteras ad Papam commendatitias obtinere posset: Tandem vero Cardinales re diu ac mature perpensa scriptum sub hoc titulo (\*\*): *Breve memoriale extractum ex prolixiore de statu & progressu Jansenismi in Hollandia Coddeo tradi, eumque pronuntiata sententia Romam venire*

(\*) Hi erant Marescottus, Albanus, Tannera, Ferrarius, Noris, Sacripante, Imperiale, Barberinus, Carpegna & Pamphilus.

(\*\*) Hoc memoriale composuit P. Doucinus Jesuita, qui cum Comite Verius de Crequi Hagam delatus illud ubique divulgari a Romam transmitti curavit.

venire jusserunt, ut per seipsum accu- Sæc. XVII.  
A.C. 1702.  
fationibus responderet: re comperta  
Sebastenus Archipræsul Quesnellum  
impense rogabat, ut ei in concinnanda  
hac responſione auxiliares manus præ-  
beret. Nec suis partibus defuit Ques-  
nells, qui conductio suo calamo mox  
hujus Brevis confutationem Romam  
misit, ex qua postmodum confectæ sunt  
annotationes seu responſiones, quas  
Procurator Romæ typis Cameræ Apo-  
ſtolicæ edi ac distribui curavit: insuper  
etiam nullum non movit lapidem, ut  
præfatam Congregationem aut distur-  
baret, aut differri impetraret, fulmen-  
que averteret: cum autem illa omnino  
immote denuntiaret, niſi Coddeus ve-  
niret, alium Vicarium suffectum iri,  
Procurator hanc Congregationis sen-  
tentiam sua censura perſtrinxit, edito  
hoc libello: elegans Congregationis sen-  
tentia directe Tridentino Sess. 13. cap. 6.  
*de reformat. contraria.*

## §. II.

*Coddeus Vicarius a Sacris functioni-  
bus Romæ suspensus.*

Perspecta hac Patrum constantia Cod- Epist. Proc.  
ad Quesn.  
3. Octobr.  
1699.  
deus ſuggerente ſuo Procuratore  
apud S. Congregationem literis die vi-  
gesima ſexta Octobris anno evoluti